



# IN DEUTERONOMION PROLEGOMENA.



Ibri hujus notanda. 1. Appellatio. 2. *Causa efficiens* tum principalis, tum ministerialis. 3. *Materia* sive argumentum. 4. *Forma* sive dispositio. 5. *Causa finalis*. 6. *Chronologia*. 7. *Dignitas & utilitas*.

## 1. Appellatio.

Appellatio est 1. Hebraica. 2. Graeca. 3. Latina.

1. Hebraei hunc librum vocant. 1. אֱלֹהֵי הַדְּבָרִים

vel simpliciter דְּבָרִים ab initialib. ejus vocibus. sicut

& Genesin vocant בְּרֵאשִׁית Exodum וַאֲלֹהֵי שְׁמוֹרָה vel simpliciter שְׁמוֹרָה Leviticum וַיְקַרְנָה itidem à vocib. initialibus. Numeros בְּמִדְבָּר ex quarta primi versiculi capitis primi istius libri dictione.

2. התּוֹרָה מְשֻׁנָּה *iterationem legis*, de nominatione petita ex Deut. 17. v. 8. Jos. 8. v. 32. vel simpliciter מְשֻׁנָּה *repetitionem scilicet legis*, cujus appellationis Hebraei rationem assignant hancce, quod hic liber nihil aliud sit quam זְכוֹרֹן הַרְאִשׁוֹנִים שֶׁל שְׂאֵר הַסּוּפְרִים *memoria rerum priorum, quae in reliquis (scilicet: Mosaicis libris) jam erant scriptae; pauca habens mandata, quae in illis non reperiuntur.* Beda in qq. in Deuteron. in praefat. Nonnulli Hebraeorum quatuor tantum libros (Mosis) computant, id est, Genesin, Exodum, Leviticum, ac Numerorum, Deuteronomium autem repetitionem eorundem librorum & q. quoddam legis meditatorium dicunt, eam duntaxat ratione, pro eo, quod illi quatuor proprias rerum gestarum continent causas, ille verò omnium. Theodoretus q. 1. in Deuter. Deuteronomium continet recapitulationem eorum, quae lege cauta sunt, & gesta in libris Exodi, Levitici & Numerorum.

3. סֵפֶר תּוֹכַחֹתָם *librum objurgationum*, eò quòd Moses in eò duriter castiget Israëlem. פְּרִשְׁתֵּי תּוֹכַחֹתָם *sectio objurgationum* incipit Deut. 28. v. 1.

A

4. Posset